

Band XI., Nr. 5428, Seite 366-369

Graf Eberhard von Württemberg und sein Sohn Ulrich vertauschen dem Johanniterorden den Fronhof mit der Kirche in Ilsfeld samt der Kirche in Wunnenstein gegen die Burg Jungingen mit Zubehör, die Kirche in Kettenacker und Güter in Oferdingen und Mössingen und König Albrecht bestätigt diesen Tausch.

Esslingen, 1300. Februar 1.

Quoniam humana natura quotidie machinatur novas insidias contra legum scita et canonum, propter quod necessarium est dicta contrahentium et scriptura authentica roborari. Ad perpetuam ergo rei memoriam noverint^a universi presentium inspectores, quod nos Eberhardus comes de Wirtenberg sive dominus et Ulricus filius noster permutavimus et tradidimus magistro sive priori superioris Alemanie suisque fratribus sacri ordinis hospitalis sancti Johannis Hyerosolymitani curiam nostram conductitiam sitam in villa Ilsfeld, que vulgariter apellatur der fronhof, iure proprio et liberam et absolutam ab omni tributo et servitute cum omnibus suis appendiciis, scilicet iure patronatus ecclesie parrochialis in Wunnenstein et Ilsfeld predictae ville cum officio sacristie dote et aliis capellis suis ac communibus iuribus habendum tenendum possidendum et, quicquid predicto magistro suisque fratribus deinceps facient^b faciendum perpetuo cum omnibus et singulis attinentiis curie sive exitibus^c vel introitibus, que hac predicta curia super se vel infra se in integrum continentur, omniquo iure vel de facto sive pro eadem curia expectante, cum agris et vineis pratis silvis aquis sive aqueductibus et aliis rebus quocumque nomine censeantur sive quacunque re corporali vel incorporali consistant exceptis agris suis dictis in der Spreith et vineis ibidem sitis an dem Strauffenberg et in Halehleih, quas nobis et nostris heredibus reservamus. Restrinximus etiam per pactum legitimum, ut nulli liceat in cimiterio Wunnenstein erigere vel construere aliqua edificia que nostro castro ibidem constituto suspecta fuerint vel nociva et roborantes huiusmodi permutationem misimus predictos magistros et fratres in possessionem corporalem liberam nudam et vacuum, quam permutationem fecimus pro aliarum rerum permutatione nobis facta a sepedicto magistro et fratribus suis, qui nobis in concambium dederunt et tradiderunt castrum suum Jungingen et omnia bona ultra Hechingen per

^aVorlage: *norunt*.

^bSo die Vorlage. Wohl verlesen für *visum fuerit*.

^cVorlage: *Xutibus*, mehrfach korrigiert.

II

vallem ascendendo versus Jungingen et in summitatibus vallis ad ipsum castrum spectantis et ultra cacumina montium, que vulgariter esse dicuntur an der Scherre und an der Alb usque ad Danubium, cum bonis et iure patronatus ecclesie ville in Kettenacher et bonis in Ofertingen et in Messingen cum omnibus suis attinentiis exceptis domo et area et capella in Jungental et duodecim libris Hallensium in redditibus, quos domini fratres ad predictam capellam elegerint de predictis bonis nobis traditis ubi capelle magis fuerit oportunum, quam domum et aream cum capella sepedicti fratres sibi liberam reservarunt ita quod sacerdos qui tunc pro tempore inhabitat pro se et familia sua et ipsa domo ac suis pecoribus in pascuis nemoribus et aliis communitatibus fruendis ius habeat. Exceperunt et supradicti fratres omnes homines suos, quos predicte capelle de Jungental cum dominio contulerunt, qui siquidem homines ad prestationem annui census scilicet duorum denariorum et ad dationem mortuorum ipsi capelle remanent obligati, verum tamen eosdem homines advocatie nostre seu dominio taliter subiecerunt, ut unus quisque virorum ad ipsam capellam spectantium habens residentiam unum modium avene et unum pullum gallinarum nobis solvere teneatur nomine advocatie et nihil amplius annuatim. At si quis ex hominibus prenotatis residentiam fecerit in bonis fratrum predictorum aut in civitate seu oppido se cum residentia repererit ubicunque, illius hominis residentiam non debemus impedire nec licebit nobis tali durante residentia quicquam ab eodem servitii extorquere, si vero alibi residentiam fecerit in quocunque loco, tenebitur ad servitium memoratum. Renuntiantes et non permutate et non tradite ipsis fratribus et non recepte rei exceptioni et deceptionis ultra dimidium iuste et legitime permutationis omnique iuris auxilio canonici et civilis constitutionibus editis et edendis iuri municipali consuetudinibus quantumcunque rationabilibus vel etiam de scientia principum contra leges inductis sive etiam in contradictorio iudicio attentis a tempore cuius non extat memoria litteris apostolicis impetratis vel impetrandis sive privilegiis etiam si expressam mentionem vel prohibitionem facerent de permutatione inter nos facta, renuntiantes insuper omni exceptioni, per quam sepedicta permutatio inter nos habita forte ex^d defectu forme permutationis vel huius instrumenti seu rerum permutatarum aut personarum permutantium posset aliquatenus impugnari in quibus cavetur generaliter renuntiationem non valere, obligantes et nos et heredes nostros nostrosque successores solenni stipulatione interposita predictam permutationem firmiter observare nec contra predicta vel aliquid de predictis vel per nos vel per alios aliquo tempore facturos [esse] sive venire ratione alicuius sententie omneque damnum et litis expensas ac interesse in integrum ipsis fratribus integrato promittimus resarcire, qui vel

^dVorlage: *et*.

III

quis unus occasione alterius sine culpa in iudicio fatetur vel extra ad hoc experto voluntarie volumus obligari, obligantes et nos nostrosque heredes nec non successores nostros predicto magistro et fratribus suis sive ordini ipsorum de evictione prestanda de rebus supradictis permutatis, ut supra scriptum est, prout exigit ordo iuris vel ius statuit et requirit. Ne autem hec permutatio ex eo valeat inpugnari vel etiam aliquatenus vitiari, quod predicta curia nostra Ilsfeld excepto iure patronatus ecclesie parochialis ibidem et excepta area castri dicti Winnenstein preclare nostre uxori Irmegardi comitisse de Baden ex nostra donatione propter nuptias pertineat, nos eidem uxori nostre curiam nostram in villa Wellbach sitam dictam Ruprechthof cum omnibus suis attinentiis in huiusmodi donationis propter nuptias tradimus recompensam. Ceterum nos predicta comitissa Irmegardis sive uxor comitis memorati in predictam permutationem et recompensam non coacta non seducta non decepta nec allecta voluntarie consentimus nec curiam permutatam coram iudice vel extra iudicium repetemus, ad quod per nostre fidei loco sacramenti dationem sumus irrefragabiliter obligata, presertim eum ex recompensa conditio donationis propter nuptias nobis melior sit effecta. In cuius recognitionis evidentiam sigillum nostrum hiis litteris duximus appendendum Ut autem maior fiat solemnitas contractus et legalitas instrumenti, domino nostro Alberto Romanorum regi invictissimo^e supplicavimus, ut dignaretur hoc presens instrumentum constituere publicum per appensionem sigilli et regiam maiestatem^f. Nos vero Albertus dei gratia Romanorum rex et semper augustus presentibus confitemur, quod ad petitionem Eberhardi comitis de Wirtenberg nec non Ulrici filii sui nepotum nostrorum summaria cause cognitione habita invenimus, permutationem esse factam per eosdem debita solennitate iuris adhibita inter eos et magistrum sive priorem nec non suos fratres sacri ordinis sancti Johannis Hyerosolymitani per superiorem Alemaniam de rebus omnibus prout expresse in hoc instrumento superius plenius continetur. Ea propter hoc instrumentum, ut virtutem ac robur publici autentici instrumenti habeat et pragmatice nostre sanctionis perpetuo non solum inter contrahentes sed in omnibus iudiciis ordinariis delegatis subdelegatis conservatoribus auditoribus arbitris sive etiam executoribus a quocunque deputatis, per cancellarium nostrum sigillo nostro precepimus sigillari in testimonium veritatis et omnium supra scriptorum.

 Data est hec in Esslingen, feria secunda proxima ante purificationem beate virginis anno domini MCCC., presentibus hiis testibus subscriptis et a nobis rogatis ut interessent universis et singulis dictis et actis inter nos et predictos fratres habitis de permutatione facta suprascripta, videlicet Wolframio milite dicto

^eVorlage: *invictoriosissimo*, vielleicht für *invicto gloriosissimo*.

^fLies: *sigilli sue regie maiestatis*.

IV

von Stein¹, Ulrico milite dicto Speer advocato in Urach, Marquardo notario predicti comitis de Wirtenberg, fratre Jacobo comendatore in Rinowe, fratre Henrico comendatore in Toroltsheim², fratre Eberhardo comendatore in Hallis, fratre Burchardo comendatore in Duttingen³ et fratre Johanne de Mülbach⁴. In cuius rei testimonium nos sepedictus Eberhardus comes de Wirtenberg et prenominate filius noster Ulricus fratribus hoc instrumentum tradidimus sigillorum nostrorum caractere una cum aliis consignatum.

 Datum et actum loco die et anno domini ut supra.

—

Nach einer fehlerhaften Abschrift des 17. Jahrhunderts auf Papier.

¹Rechtenstein.

²Eventuell Dorsheim, KH.

³Dätzingen.

⁴Unermittelt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 601 U 146

Überlieferung und Textkritik:

Fehlerhafte Abschrift des 17. Jh. auf Papier. Deutsche Übersetzung mit unrichtig gelöstem Datum (1300 Januar 22) nach dem 1761 vorhandenen Original: HStA Stuttgart B 352 Bü 53. Vidimierte Abschrift von 1586, Papier: HStA Stuttgart B 357 Bü 49.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Esslingen

Aussteller:

Eberhard; Graf von Württemberg Ulrich; Graf von Württemberg

Ortsindex:

(Burg) Württemberg Wüstung (21519)
 (Burg) Württemberg, Stuttgart, S, W
 Alemannien
 Bad Urach Wohnplatz (15999)
 Bad Urach, RT
 Deutschland
 Donau
 Dorsheim, KH
 Dätzingen Wohnplatz (287)
 Dätzingen, Grafenau, BB
 Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Fellbach Wohnplatz (1340)
 Fellbach, WN
 Hechingen Wohnplatz (16424)
 Hechingen, BL
 Ilsfeld Wohnplatz (1993)
 Ilsfeld, HN
 Jungental Wüstung (23790)
 Jungental, Burladingen, BL, W
 Jungingen Wohnplatz (16441)
 Jungingen, BL
 Kettenacker Wohnplatz (21059)
 Kettenacker, Gammerdingen, SIG
 Mössingen Wohnplatz (16141)
 Mössingen, Tü
 Mülbach
 Oferdingen Wohnplatz (15976)
 Oferdingen, Reutlingen, RT
 Rechtenstein Wohnplatz (16926)
 Rechtenstein, UL
 Rheinau, Dep. Bas-Rhin, Frankreich
 Ruine Hohenbaden

VI

(Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
 Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)
 Schwäbisch Hall, SHA
 Schwäbische Alb
 Winzerhausen : Großbottwar LB
 Winzerhausen Wohnplatz (984)